# In nomine domini amen.

Ad futuram rei memoriam sempiternam. Cum ineffabilis divine providencie altitudo que nullis includitur limitibus nec terminis comprehenditur
celestia simul et terrena moderans et prout vult disponens statum hominis sic divisit universos ut cunctis copiam bonitatis sue infundat, illos quidem dignitatum preconiis attollat, illis sciencie bona dispensat,
aliis donat temporalia, ceteros vero constituit ut per exemplar et morum dulcedinem vitam aliorum corrigant et spiritualis alimonie pasti reficiant. Itaque nullus creaturarum sue expers quod a se vel aliunde
recipiat recte fateri poterit aut spiritu vanitatis accensus aliorum [illegible] recogitet. Omnis itaque ex fonte benignitatis eius recepimus et tenemur prout unusquisque recepit pro modulo suo grates referre illi a quo tot bona
nobis processerunt pariterque que de manu domini suscepimus [illegible] eos ad fidem catholice et cultus sui propagacionem deputavit [illegible] ministrando eorum orationibus et suffragiis bona temporalia hic et eterna in
futuro multiplicato fenore in cristo ihesu nancisci. Proinde nos Nicolaus de Stiborze alias de Sharley castellanus Junivladislavien necnon capitaneus terrarum Bresten, Junivladislavien, Bydgoszcien et Vyszehowien
Significamus tenore presencium quibus expedit universis presentibus et futuris presenciam notitiam habituris. Quomodo prudentes Simon dictus [illegible] et Agnes eius legittima conthoralis suburbani Radzeowien sani mente et
corpore nec compulsi nec coacti neque aliquo errore seducti, amicorum suorum sano usi consilio, plurimorumque suorum consanguineorum et affinium adhibito, de ipsorum mera et spontanea voluntate, cupientes operibus pietatis
diem districti et extremi iudicii prevenire et ex eis divina largitas in hac vita arca de thesauris suis ministravit velut servi fideles quos dominus constituit super bona sua discrete dispensare, coram nobis ceterisque terre
Nobilibus personaliter constituti, omnia et singula ipsorum bona mobilia et immobilia hoc est duos agros cultos et colendos in limitibus Radzeowien sitos qui [illegible] faciunt duos mansos, omnia prata, domum eorum habita-
cionis cum omnibus edificiis et in orto omnia pecora et pecudes videlicet equos boves et sues, omnia suppellectilia ipsorum domus et signanter universa que nunc tenent vel temporibus vite ipsorum in eisdem bonis quomodocumque
procurando et administrando poterunt habere, sic tamen [illegible] prefati [illegible] tenent et possident et per tempora vite ipsorum prout inferius hic declarabitur eadem bona administrando habebunt, cum omnibus iure proprietatis
et dominio usu fructu ac utilitate nichil omnino pro eorum alio reservando, ad laudem et honorem domini ihesu cristi ipsiusque sanctissime matris et virginis marie ac omnium sanctorum pro altari ibidem in Radzeow in dextra
parte magni altaris in angulo per ipsos Simonem et Agnetem noviter erecto et ad usum ac victum discreti Jacobi Janussij ibidem de Radzeow plebani in Lysszewo quem coram nobis in altaristam eiusdem
altaris efficaciter instituerunt nominaverunt fecerunt et [illegible] patronus [illegible] et pro quolibet alio altarista pro tempore existente dederunt donaverunt assignaverunt contulerunt presentibusque ascripse-
runt et imperpetuum irrevocabiliter coram nobis resignaverunt. [illegible] predictus Jacobus altarista tenebitur [illegible] seu quivis alius pro tempore existens circa dictum altare tres missas unam de assump-
cione beate marie virginis aliam [illegible] pro defunctis singulis septimanis [illegible] et salutem animarum [illegible] Simonis et Agnetis ac suorum progenitorum consanguineorum et aff-
[illegible] per se aut per alium [illegible]. Post mortem vero predictorum Simonis et Agnetis altarista pro tempore existens loco misse pro [illegible] dictum altare missam de sancta Trinitate
aut de tempore occurrente [illegible]. Predicti vero Simon et Agnes ad tempora vite ipsorum ius patronatus habebunt dictum altare conferendi. Et post mortem eorum collacio dicti altaris super
Consules ibidem Radzeowien devolvetur pleno iure. Ceterum prefati Simon et Agnes dicta bona ut prefertur per eos resignata si voluerint per se ad tempora vite ipsorum ipsa administrabunt procurabunt
et quanto meliori modo pro dicto altari [illegible] disponendo Jacobo predicto altariste aut pro tempore existenti singulis annis de eisdem bonis [illegible] censuantes. Post mortem vero ipsorum Simonis
et Agnetis sepedicta bona altari supradicto et altariste pro tempore existenti cedent et devolventur cum omni iure proprietatis ac dominio [illegible] omnia et singula bona prout premittitur coram nobis re-
signata predictus Jacobus altarista aut pro tempore existens super dictum altare habebit possidebit [illegible] fructus et proventus ac quiete imperpetuum optinebit [illegible] censibus regalibus consuetis et solitis semper salvis.
In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum [illegible]. Actum et datum in Radzeow sabbato proximo post festum sancti [illegible] apostoli et ewangeliste anno domini millesimo
quadringentesimo quadragesimo primo. Presentibus ibidem venerabili et Nobilibus dominis Nicolao de [illegible] castellano Bresten, Nicolao de Coszczelecz vexilifero
Junivladislavien, Johanne canonico Wladislavien et plebano in Gora, Johanne de Coszczelecz, Michaele de Palagewo, Przetislao de Lyssewo, Nicolao dicto de Walencze,
Stanislao de Masszenicze [illegible] in Skarley, Alberto de [illegible], [illegible] de Zalancze multisque aliis curie nostre fidedignis.

1441 [illegible]

Assumptio [illegible] omnium Sanctorum in Eccle-
sia Gloriosae Virginis Mariae Ra-
dziejoviae per olim [illegible] Uxorem
eius fundatio, et Confirmatio facta
per Nicolaum de Szarley Capitaneum
Juniwladislaviensem nec non Capitaneum Brze-
scen[sem] Juniwladislaviensem, Bydgostien[sem], [illegible]
Szpowiec[ensem] [illegible]

1441

Cōfirmatio sup[er] altare
omnium sanctorum
[illegible]
[illegible]

Nato [illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] approbowano

[illegible]
[illegible]

[illegible] 42 [illegible]

Przepisany.